

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Lvdovici Venegas ... Mariale beatissimae virginis variis  
conceptibvs moralibvs illvstratvm**

**Venegas, Luis**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1624**

Stvdioso ac pio lectori salvtem

[urn:nbn:de:bsz:31-160454](#)



## STVDIOSO AC PIO LE- CTORI SALVTEM.

**H**abes hic. Amice Lector, varias de unica virgine varijs scri-  
pturae sacre flosculis, Sanctorumque Patrum eloquijs re-  
fertos sermones; ex quib[us] si tibi fasciculum colligere,  
atque intellectui tuo admouere studueris, suauissimum, &  
admirabilem illum percipies odorem, quem Spiritus Sanctus in plurimis  
scripturae sacra locis, mysticè hanc sacratissimam virginem introducen-  
do, per ora prophetarum, aliorumq[ue] Sanctorum sparsit ac diffudit. Ne  
dubito quin gratantissimo animo accepturus, auidaque mente lustratus  
hoc meū, quod misto, viridarium. Nam s[ecundu]m lilia inter rosas in horis terra  
consta nares pascunt, oculosque delectant, quomodo & lily inter spi-  
nus excalesti illo horto non arridebit? Sed miraris fortè, cur grauioribus  
studijs implicatus, ad hoc scribendi genus me contulerim? Mirari des-  
nes, cùm mentem intelleceris causamque cognoveris. Proposueram &  
decreueram antehac auxiliante gratia Dei, aliqua Commentaria in  
Sanctum Thomam, praeclarum totius orbis & ordinis prædictorioj or-  
namentum, iuxta ordinem, quem ipse seruauit diuinum & planè Ange-  
licum, in lucem emittere: verum ut res, quam breui executioni man-  
dere, statui, felicem sortiret effectum, hunc librū de laudibus virgi-  
nis sacratissime, & de mysterijs, quæ Deus mirabiliter per eam operatus  
est, præmittere volui, eam, quæ semper Prædictoriae familie singula-  
ris extitit patrona, & à qua totus orbis vita salutisq[ue] principium accepit,  
mei intenti ductrinem constituendo. Accipe ergo, benehole Lector, has me-  
as lucubrations, quas proprio labore & industria peperi, & partim à do-  
ctissimis nostra familie Patribus in celeberrimo monasterio Sancti  
Pauli

Pauli Hispanensis, cuius filius nativus sum, didici & acceperis lege, volue,  
& reuolue, nihil in eis reperies, quod non in sacris litteris aut Sanctis Pa-  
tribus fundamentum habeat; cum hoc tamen laboris mei addito, quod  
illa, que sparsim de hac SS. Virgine in eis habebantur, hic in unū con-  
gesta facile cognoscere queas. Ceterum, si quos errores deprehenderis, eos  
piè emendare stude, labentemque Typographum excusatum habe. Vale  
Datum Friburgi, in Conuentu Patrum Prædicatorum, quinto Calen-  
das Iulij. Anno M DC XXIV.



IN